¶ 9 Præt. Omnis motus corporis diuersimo de mo-  
to, est moti mouentis scipsum, quia qđ mouet mo-  
tum mī, non videtur esse mouens scipsum, ut dī  
in 8. Physic. sed corpus celeste mouetur diuersis mo-  
tibus, vnde planetæ ab astrologis quandoq; dicuntur  
recti, quandoq; retrogradi, quandoq; statio-  
nariorū. ergo motus superiorum corporum est mo-  
bilium mouentium scipsum, & sic corpora illa sunt  
composita ex substantia corporali & spirituali: sed  
illa spiritualis substantia nō est anima humana, nec  
est Deus, ergo est angelus. angelus ergo habet cor-  
pus naturaliter sibi unitum.

¶ 10 Præt. Nihil agit ultra suam speciem, sed corpo-  
ra celestia causant uitam in istis inferioribus, vt pa-  
tet in animalib. ex putrefactione generatis per vī-  
tūtēm cōsistunt corporum. cū ergo substantia  
vñitam sit nobilior non vivente, ut dicit Aug. in Lib.  
de Vera Relig. uidetur quod corpora celestia ha-  
beant uitam, & ita habeant substantias spirituales  
sibi naturaliter unitas, & sic idem quod prius.

¶ 11 Præt. Primum mobile est corpus celeste: Sed  
Philop. probat in 8. Physic. q̄ omnia mota redu-  
cuntur ad primum mobile, quod ex se mouet, ergo  
celum est ex se motum. ergo est compositum ex  
corpore moto, & mouente immobili, qđ est sub-  
stantia spiritualis, & sic idem quod prius.

¶ 12 Præt. Secundum Dionysii, 7. cap. de Divino, no-  
premium inferioris naturæ semper attingit ad ini-  
mum naturæ superioris, diuina sapientia res taliter  
ordinante: sed supremum in natura corporali est  
corpus celeste, cum sit nobilissimum corporum.  
ergo attingit ad naturam spiritualē, & ci unitum,  
& sic idem quod prius.

¶ 13 Præt. Corpus celi est nobilis corpe humano,  
sicut perpetui corruptibili: sed corpus humano  
est unitū naturaliter substantia spirituali, ergo mul-  
to magis

to magis corpus cœlestis, cum nobilioris corporis sit nobilior forma, & sic idem quod prius.

¶ 14 Præt. Inuenimus quidam animalia ex terra formata, sicut homines & bestias, quidam ex aquis, ut pisces & volatilia, ut patet Gene. i. ergo & quadam erunt aerea, & quedam ignea, & cœlestia: hæc autem non sunt alia quam Angeli & dæmones, quia cum illa sint nobiliora corpora, oportet in eis esse nobilio- ra animalia. ergo angeli & dæmones sunt animalia, & ita habent corpora naturaliter unita.

a lib. 32. q.  
ft de natu-  
ri in fol. 5. a  
rinc. l. in-  
secan.

ib. 6. a c.  
6. usque ad  
o. to. 2.

¶ 15 Præt. Hoc idem uidetur per Platonem qui in Thimæo ponit esse quoddam animal terrena soliditate firmatum, quoddam uero liquorib. accōmodatum, quoddam autem aeri vagum, aliud diuinatum plenum, quod non potest intelligi nisi angelus. ergo angelus est animal, & sic idem quod prius.

¶ 16 Præt. Nihil mouetur nisi corpus, ut probatur in 6. Physic. sed angelus mouetur. ergo uel est corpus, ne habet corpus naturaliter sibi unitum.

¶ 17 Præt. Verbum Dei est nobilis quilibet ange- lo: sed uerbum Dei est corpori unitum. ergo non est contra dignitatem angelii si ponatur corpori naturaliter unitus.

¶ 18 Præt. Porphyrius dicit quod mortale additum in definitione hominis, separat nos a Diis, per quos non possunt nisi angelii intelligi. ergo angelii sunt animalia, & sic habent corpora naturaliter unita.

¶ 19 Præt. SED CONTRA, Damasc. dixit, quod angelus est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, incorpore.

¶ 20 Præt. In libro de Causis dicitur, quod intelligentia est substantia que non diuiditur. Et dicit ibi Cōmē. quod neque est magnitudo, neque super magnitudinem declata: sed angelus est intelligentia, quod pater p. Dionysium qui uocat angelos diuinæ mentes & diuinos intellectus. ergo Angelus nec est corpus nec corpori unitus.

¶ 21 Præt. Differentia diuidentes Angelum ab anima, sunt unibile & non unibile corpori. si ergo an- gelus esset uenitus corpori, in nullo ab anima differ- ret, quod est inconveniens.

¶ 22 Præt. Inuenitur quidam substantia spiritualis, quæ dependet a corpore quantum ad principiū & quādum ad finem, sicut anima vegetabilis & sensibilis: quedam autem quæ dependet a corpore quādum ad principiū, & non quantum ad finem, sicut anima humana. ergo erit quidam quæ non indiger corpore, neq; quantum ad principiū, neque quantū ad finē, & huiusmodi non pot est esse alia, quam angelu uel dæmon. Quod autem sit aliqua quæ indi- geat corpore quantum ad finem, & non quantum ad principiū, non est possibile.

¶ 23 Præt. Quidam forma est, quæ nec est anima nec spiritus, sicut forma lapidis: quidam est est quæ est anima, sed non spiritus, sicut forma bruti: quedam quæ est anima & spiritus, sicut forma hominis. quidam ergo erit, quæ est spiritus, & non anima, & huiusmo- di est angelus, & sic non est corpori unitus naturaliter, quod est de ratione animæ.

RESPON. Dicendum, quod circa substantias incorporeas ponendas antiqui diversimode processerunt. Quidam namq; antiqui Philosophi dixerunt, nullam substantiam incorpoream esse: sed oīes substantias esse corpora, in quo etiam errore se quādoq; fuisse Augustinus confitetur in libro Conf. Hæc au- tem positio est etiam per Philosophos improbata. Arist. autem hac via improbavit eā, quod oportet

A esse aliquam virtutem mouentem infinitam, alias mo- tum perpetuum mouere non posset. Ostendit ire- rum, quod omnis virtus in magnitudine est virtus finita; unde relinquitur quod oportet esse aliquam virtu- tem penitus incorpoream, quæ continuatatem mo- tus causat. Iterum hoc probauit alio modo: quia actus est prius potentia, & natura, & tempore sim- plicer loquendo: quamus in vno aliquo quod de potentia exit in actum, poterit tempore praecedat: sed quia oportet quod in actum reducatur per aliquod ens actus, oportet quod actus sit simpliciter prior poten- tia etiam tempore: unde cum omne corpus sit in potentia, quod ipsius mobilitas ostendit, oportet ante omnia corpora esse substantiam immobilem sempiternam. Tertia autem ratio potest sumi ad hoc ex sententijs Platonicorum: oportet nam ante esse de- terminatum & particulatum, praexistere aliquid non particulatum. Sicut si signis natura particulati- ter, & quodammodo participatiue inuenientur in ser- ro, oportet prius inueniri igneam naturam in eo quod est per essentiam ignis: unde cum esse & reli- que perfectiones, & formæ inueniantur in corpori- bus quasi particulariter, per hoc quod fuit in mate- ria recepta, oportet praexistere aliquam substantiam incorpoream, quæ non particulariter, sed cum qua- dam uniuersali plenitudine perfectionem essendi in se habeat. Quod autem posuerunt sola corpora es- se substantias, ex hoc decepti fuerunt, quod imaginatio- nem transcendere intellectu non valentes (quæ fo- lum est corporum) ad substantias incorporeas co- gnosendas qua solo intellectu capiuntur, pertin- gere non valuerunt. Alij vero fuerunt substantiam incorpoream ponentes: sed eam dixerunt esse cor- pori unitam, nec aliquam substantiam incorporeā inteniri, quæ non sit corporis forma. Vnde pone- bant ipsum Deum esse animam mundi, sicut de Var- rone dicit Aug. in septimo de Ciui. Dei, quod Deus est anima, motu & ratione mundum gubernans. Vnde dicebat, quod totus mundus est Deus propter animam, & non propter corpus: sicut & homo dicitur pro- pter animam sapiens, & non propter corpus. Et pro- pter hoc gentiles roti mundo, & omnibus parti- bus eius diuinitatis cultum exhibebant. Sed hæc est positiō per ipsos Philosophos est improbata multi- pliciter. Primo quidem, quia virtus unita alii corpori ut forma, habet determinatā actionem, ex eo quod tali corpori uenit: unde, cum oporteat esse ali- quod agens uniuersale influentiam habens per omnia corpora, eo quod primum mouens non potest ef- fe corpus, ut supra ostēlum est, relinquitur quod ope- ret esse aliquod incorporeum, quod nulli corpori est unitum: unde Anaxagoras posuit intellectum im- mistū, ut imperet, sicut dicit in 8. Physic. Imperiū n. est aliusquis præminentis his, quibus imperat, & eis nō subdit, nec ad ea obligati. secundo quia si qualibet substantia incorporeā est corpori unita ut forma, oportet primum quod mouetur, mouere seipsum ad modum animalis quasi compositum ex substan- tia corporali, & spirituali. Mouens autem seipsum mouet se per voluntatem, inquit aliquid appetit: ap- petitus n. est mouens motum, appetibile autem est mouens non motum. oportet ergo supra substan- tiā corporeā cōiunctā corpori, esse aliquid aliud su- perius quod moueat eam, sicut appetibile mouet appetitum, & hoc oportet esse intellectuale bonum. Sessibile autem appetibile appetitur, quia est hoc, & nunc

Lib. 4. ca. 31.  
parum ante  
medium te-  
mo 5.

Art. 1. huic  
Quæst.

8. Physic. c. 6.  
37. com. a.

D E 2. Præt. Inuenitur quidam substantia spiritualis, quæ dependet a corpore quantum ad principiū & quādum ad finem, sicut anima vegetabilis & sensibilis: quedam autem quæ dependet a corpore quādum ad principiū, & non quantum ad finem, sicut anima humana. ergo erit quidam quæ non indiger corpore, neq; quantum ad principiū, neque quantū ad finē, & huiusmodi non pot est esse alia, quam angelu uel dæmon. Quod autem sit aliqua quæ indi- geat corpore quantum ad finem, & non quantum ad principiū, non est possibile.

E 3. Præt. Quidam forma est, quæ nec est anima

## QVAEST. VI. DE MIRACVLIS. ART. VI.

nunc bonum. Intellectuale autem bonum oportet esse incorporeum: quia nisi esset absque materia, non intelligeretur. Et ex hoc ipso oportet ipsum esse intelligens. Substantia enim qualibet est intelligens ex hoc, quod est a materia immunis: oportet ergo supra substantiam coniunctam corpori, esse alia substantiam superiorum incorpoream, uel intellectualem corpori non unitam. Et hanc est probatio Aristi. in 11. Me. non enim potest dici, quod mouens seipsum, nihil desiderat extra se: quia numquid moueretur. Motus enim est ad acquirendum aliquid extrinsecum aliquo modo. Tertio, quia cum mouens seipsum possit moueri & non moueri, ut dicitur in octauo Physi. si aliquid motum ex se continue moverit, oportet quod stabiliatur in mouendo ab aliquo exteriori, quod est omnino immobile. Caelum autem, cuius anima dicebant Deum, videmus continue moueri: unde oportet supra illam substantiam, que est anima mundi, si qua est, esse aliam superiorum substantiam, quam nulli corpori est coniuncta, quae est per seipsum subsistens. Illi autem qui posuerunt omnem substantiam corpori unitam, ex hoc videntur fuisse decepti, quod materiam credebat causam substantiae, & indiuiduationis in omnibus entibus, sicut est in rebus corporalibus. Vnde substantias incorporeas non credebat posse subsistere nisi in corpore, sicut etiam per modum obiectiorum tangitur in commen. libro de Causis. His opinionibus abieciatis, Plato, & Arist. posuerunt alias substantias esse incorporeas, & earum quaedam esse corpori coniunctas: quadam uero nulli corpori coniunctas: plato namque posuit duas substantias separatas, id est patrem totius universitatis in supremo gradu: & postmodum mentem ipsius, quam vocabat paternum intellectum, in qua erant rerum omnium rationes, uel ideae ut Macrobii narrat. Substantias autem incorporeas corporibus unitas ponebat multipliciter: quadam quidem coniunctas celestibus corporibus, quas Platonici Deos appellabant: quadam autem coniunctas corporibus aereis, quas dicebant esse demones. Vnde Augustinus in octauo de Civitate Dei introducit hanc definitionem dämonum ab Apuleio daram. Demones sunt animalia mente rationalia, animo passiva, corpore aerea, tempore eterna. Et omnibus prædictis substantiis incorporeis ratione sua sempernitatibus gentiles Platonici dicebant cultum diuinitatis exhibendum. Ponebant et veterius substantias incorporeas grossioribus terræ corporibus unitas, terrenis scilicet & aqueis, quae sunt anima hominum & aliorum animalium. Aristoteles autem in duobus cum Platone concordat, & in duobus differt. Concordat quidem in ponendo superiorem substantiam, nec corpoream nec corpori unitam: & iterum in ponendo celestia corpora esse animata. Differt autem in hoc, quod ponebat plures substantias incorporeas corpori non unitas, scilicet secundum numerum celestium motuum. Et iterum in hoc quod non ponit esse aliqua animalia aera, quod rationabilius posuit. Quod patet ex tribus primo quidem, quia corpus multum nobilis est corpore elementari, & maxime quantum ad formam: quia elementa misteriorum corporum materia sunt, unde oportet, quod substantia incorporeæ, quae sunt nobilissimæ formæ, corporibus multis unitas, & non puris elementis. Nullum autem corpus multum est potest, in quo terra & aqua non magis abundant secundum materiam quantitatem, cum etiam superio-

ra elementa magis habeat de virtute actiua, uipote magis formalia. Si autem haec in quantitate excederent, non seruaretur aliqua proportio debita mutationis, quia superiora omnino vincerent inferiora. Et ideo non potest esse quod substantiae incorporeæ unitantur ut formæ corporibus aereis, sed corporibus multis, in quibus materialiter superabundet terra & aqua. Secundò quia corpus homo genere & uniforme, oportet quod habeant eandem formam in toto & in partibus: torum autem aereis corpus videmus esse unius naturæ. Vnde oportet si substantiae aliquæ spirituales aliquibus partibus aeris sunt unitæ, quod etiam toti aeri unitas. Et sic totus aer est animal, quod irrationaliter dici videtur, quoniam & hoc quidem antiqui posuerent, ut dicitur in primo de Anima, qui dicebant aerem totum esse plenum diis. Tertio, quia si substantia spirituales non haberet in se aliam potentiam quam intellectum & voluntatem, frustra corpori unitas, cum haec operationes absque corpore compleantur, omnis enim forma corporis corporaliter aliquam actionem efficit. Si autem habent alias potentias, quod videtur Platonicis sensisse de dämonibus, dicentes eos esse animo passios, cum tamen passio non sit nisi in parte animali sensitiva, ut probatur in 7. Physi. oportet quod tales substantiae corporibus organicis unitantur, ut actiones talium potentiarum per determinata organa exequantur. Tale autem non potest esse corpus aereum, eo quod non est figurabile. Vnde patet quod substantiae spirituales non possunt aereis corporibus unitas esse unitæ. Vt autem aliæ substantiae incorporeæ sint celestibus corporibus unitas, Augustinus sub dubio relinquit in secundo super Gene. ad literam. Hieronymus autem assertore videtur super illud Ecclesiæ primo. Luciferus unitus per circuitum spiritus, & etiam Orig. Quod tamen a pluribus modernorum reprobatum videtur, propter hoc quod cum numerus beatorum ex solis hominibus & angelis secundum scripturam diuinam constitutus, non possent illæ substantiae spirituales nec inter hominum animas computari, nec inter angelos, qui sunt in corpore, sed tamen Augustinus in Enchir. hoc est sub dubio relinquit sic dicens. Nec illud quidem certum habetur utrum ad eandem societatem, scilicet angelorum, pertineat sol, luna & cuncta sidera, quamvis nonnullis lucida esse corpora, non cum sensu vel intelligentia uideantur, sed in hoc certissime a doctrina, tam Platonis, quam Aristotelis, doctrina fidei discordat, quod ponimus multas substantias penitus corporibus non unitas, plures quam aliquis eorum ponat. Quæ quidem positio etiam rationabilior videtur propter tria: primo quidem, quia sicut corpora superiora digniora sunt inferioribus, ita substantiae incorporeæ corporibus sunt etiam digniores: corpora autem superiora intantum inferiora excedunt, ut terra habet comparationem ad celum, sicut punctum ad sphæram, ut astrologi probant. Vnde & substantiae incorporeæ (sicut Dionysius dicit in 14. cap. Cœlestis hier.) omnem multitudinem materialium specierum transcedunt quod significat Damnum septimum, cum dicitur, Milia milium ministrabantur ei & decies milies centena milia affluebant ei, quod quidem affluentia diuinæ bonitatis concordat, ut scilicet ea quæ nobiliora sunt illa copiofius, in esse producuntur. Et cum superiora ab inferioribus non dependent, nec ad ea similitudinem eorum uitentes, non oportet illa solum in superioribus ponere, quæ per inferiores

lib. 8. com.  
29. tom. a.

In lib. 10. &  
est de summo bono in  
ter principiis  
& medietate.

Lib. 1. super  
Socratis ali-  
pionis non  
multa pro-  
cul a princi-  
pio libri.

Lib. 8. c. 16.  
parvum a prin-  
cipio tom. 5.

Lib. 12. me-  
taph. c. 30.  
& sequent.  
to. 3. et 2. de  
cabo. c. 13.  
tom. 2.

flores efficiunt manifestantur. Secundum autem quia rerum naturalium ordine, inter naturas distantes multi gradus inueniuntur: sicut inter animalia & plantas inueniuntur quodam animalia imperfecta, quae cum plantis coicant quantum ad fixionem, & cum animalibus quantum ad sensum. Cum ergo substantia suptima, quae Deus est, a corporum natura maxime distet, rationabile est, quod multi gradus naturalium inter variae inueniantur, & non solum illae substantiae quae sunt principia motuum. Tertio, quod cum Deus non solum vniuersalem prouidentiam de rebus corporalib. habeat, sed etiam ad res singulas eius prouidentia se extendat, in quibus interdu, ut dictum est, praeter ordinem causarum vniuersalium operatur, non solum oportet ponere substantias incorporeas Deo deferruentes in vniuersalibus causis naturae quae sunt motus corporum celestium, sed etiam in alijs quae Deus particulariter in singulariis operatur, & praecipue quantum ad homines, quorum mentes celestib. motib. non subiectur. sic ergo, fidei veritate sequendo dicimus angelos & demones non habere corpora naturaliter vniata, sed omnino incorporeos, sicut Dionysius.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod Augustinus in pluribus locis suorum librorum quantum ad corpora angelorum & demonum, absque afferione uitae Platonis sententia. Vnde & 21. de Ciuitate Dei vtramque opinionem prosequitur de poena demonum tradans; & eorum scilicet qui dicebant demones aerea corpora habere, & eorum quidicebat eos esse penitus incorporeos: Gregorius vero angelum animal appellat large sompno animalis vocabulo, pro qualibet viuente.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod Origines in pluribus Platonis corporum opinionem sectator, vnde huius opinionis suffit videtur, quod omnes substantiae creatae incorporeae sint corporibus vniatae, quamvis etiam hoc non afferat, sed sub dubitatione proponat, aliam etiam opinionem tangens.

**A**D TERTIUM dicendum, quod Iohannes absq; dubio angelos & demones incorporeos esse voluit, utitur autem metaphorice nomine furoris & concupiscentiae pro voluntate inordinata, & nomine phantasie pro intellectu errante in eligendo factum, quod malus omnis est ignorans, ut Philosophus dicit in 3. Ethici & Proverbio 14. dicitur: Errant qui operantur malum.

**A**D QUARTUM dicendum, quod si angelii ponatur ex materia & forma compositi, non propter hoc oportet quod sint corporei ex ratione praediti, nisi ponatur quod sit eadem materia angelorum & corporum. Posset autem dici, quod esset alia materia a materia corporum diversa, non quidem dimensionis divisione, sed per ordinem ad alterius generis formam, nam poterit actu proportionatur. Magis tamen credimus, quod non sint angelii ex materia & forma compositi, sed sint formae tantum per se stantes. Nec oportet, quod propter hoc non sint creati: forma enim est principium effendi ut quo aliquid est, cum tamen & esse forma, & esse materie in composite, sit ab uno agente. Si ergo si aliqua substantia creata, quae sit forma tantum, potest habere principium effendi efficiens, non formale.

**A**D QUINTUM dicendum, quod est Philosophus in 2. Physi. etiam in causis formalibus prius & posterius inueniuntur: vnde nihil prohibet unam formam per alterius formam participationem formari. Et sic ipse Deus qui est esse datum, est quodammodo species omnium

A formatum subsistentium, quae esse participant, & non sunt suum esse.

**A**D SEXTVM dicendum, quod virtus angeli secundum naturam ordinem est superior, & per consequens vniuersalior quam virtus anima humana. Vnde non poterat habere corporeum organum sibi sufficienter respondens ad actiones, quibus in exteriora corpora agit. Et ideo non debuit aliquibus corporeis organis alligari, sicut anima per unionem ligatur.

**A**D SEPTIMVM dicendum, quod mouens se ipsum est primum inter mota, ratione mouentis immobile. Vnde si mouens immobile moueat, sive corpus sibi naturaliter vnitum sive non, eadem prioritas ratio manet.

**A**D OCTAVVM dicendum, quod anima unita corpori vivificat corpus non solum effectu, sed formaliter. Sic autem corpus vivificare minus est quam per se vivere tantum, simpliciter loquendo. Nam anima hoc modo corpus vivificare potest, in quantum habet esse infinitum quod sibi & corpori potest esse commune in composito ex utroque. Est autem angeli, cum sit altius, non potest hoc modo communicari corpori, Vnde nictum tantum, & non vivificat formaliter.

**A**D NONVM dicendum, quod retrogradatio, que est in planetis, & statio, & directio, non prouenit ex diffinitate motus vnius & eiusdem mobilis: sed ex diuersis motibus diuersorum mobilium, vel ponere ad eccentricos & epicyclos secundum Ptolemaeum, vel ponendo diuersitatem motuum secundum diuersitates polorum, sicut alijs posuerunt. Et tamen si etiam diffiniter mouerentur celestia corpora, per hoc non magis ostenderetur quod mouerentur a motore voluntario coniuncto, quam quod a separato.

**A**D X. dicendum, quod corpora celestia est si non sint animata, mouentur a substantia viuente separata, cuius virtute agunt: sicut instrumenti virtute principis agentis, & ex hoc cauunt in inferioribus vitam.

**A**D XI. dicendum, quod Philosophus demonstratus suis ad duas conclusiones sub disiunctione terminat, scilicet quod mobilia vel reducuntur statim ad mouens immobile, vel ad mouens se ipsum. cuius una pars est mouens immobile: quoniam igitur magis secundum partem praeligere videatur. Si quis tamen primam partem eligat, nullum inconveniens ex suis demonstrationibus sequetur.

**A**D XII. dicendum, quod id quod est supremum in corporibus, attingit ad infimum spiritualis naturae per aliquam participationem proprietatis eius: sicut per hoc quod est incorruptibile, non autem per hoc quod ei vniatur.

**A**D XIII. dicendum, quod corpus humanum quantum ad materiam ignobilium est celesti corpore: sed corpus humanum formam habet nobiliorē, si corpora celestia sunt inanimata. Nobilorem tamē dicimus secundum se, non tamē secundū quod corpus format. Perfectior enim modo forma celi perfectam materiam, cui præbet esse incorruptibile, quam anima rationalis corporis. Hoc autem ideo est, quia substantia spiritualis quae mouet celum, est altioris dignitatis, quam ut corpori vniatur.

**A**D XIV. dicendum, quod aerea corpora esse non possunt rationibus praeditis. Et per hoc patet responsio ad 15. quod procedit de opinione Platonis.

**A**D XV. dicendum, quod angelus non mouetur commensurando se spatio, sicut corpora mouentur: sed aequiuoce motus dicatur de motu angelorum, & de motu corporum.

Ad

## QVAES. VI. DE MIRACVLIS ARTIC. VII.

Ad xvii. Dicendum, q̄ verbum Dei non vtitur corpore vt forma: quia sic fieret vna natura ex verbo, & carne, quod est hætericum.

Ad xviii. Dicendum, q̄ Porphyrius in hoc opinionem Platonis sequitur, quod Deos nominat dæmones, quos ponebant animalia, & etiam corpora coelestia.

### ARTICVLVS VII.

Vtrum Angeli vel dæmones possint corpus assumere.

**S**EPTIMO queritur, vtrum angeli vel dæmones possint corpus assumere. Et videtur q̄ nō. Corporis enim substantia incorporeæ vnitum esse non potest, nisi vel quantum ad esse, vel quantum ad motum: sed Angeli non possunt habere vnta si bi corpora quantum ad esse, quia sic essent eis naturaliter vnta, quod est contra prædicta. ergo relinquuntur q̄ non possint corporibus vniiri, nisi in quantum mouent ea: sed hoc non sufficit ad rationem assumptionis, quia sic Angelus, & dæmon assumere omne corpus quod mouet, quod patet esse falsum. Mouit n. Angelus linguam asina Balaam, nec tamen dicitur eam assumpisse. ergo non potest dici quod Angelus vel dæmon corpus assumat.

¶ 2 Præt. Si Angeli vel dæmones corpora assumat, hoc nō est propter eorum necessitatim, sed vel pro nos instruendos quantum ad bonos, vel decipiendo quantum ad malos: sed ad vtrumq; sufficit sola imaginaria visio. ergo non videtur quod corpora assumant.

¶ 3 Præt. Deus in vet. testam. patribus apparuit, sicut & angeli apparuisse leguntur: vt Augu. probat in 3. de Trinit. sed non ei dicendum, q̄ Deus corpus assumperit, nisi per mysterium incarnationis. ergo nec angeli apparentes corpora assumunt.

¶ 4 Præt. Sicut vnti corpori naturaliter conuenit anima, ita non esse vnitum naturaliter cōuenit angelu: sed anima non potest à corpore separari cū vult. ergo nec angelus potest corpus assumere.

¶ 5 Præt. Nulla substantia finita potest simul in plures operationes: Angelus est quadam substantia finita, non potest ergo simul & nobis ministrare, & corpus assumere.

¶ 6 Præt. Inter assumentes, & assumptum debet esse aliqua proportio: sed inter angelum, & corpus nō est aliqua proportio, cuius sit omnino generum diuersorum, & per consequens incompossibilita. ergo angelus non potest assumere corpus.

¶ 7 Præt. Si angelus assumit corpus, aut corpus coeleste, aut aliquid de natura quatuor elementorum: non quidem corpus coeleste, cum corpus coeli diuidi non possit, nec à loco suo diuelli. Similiter nec corpus igneum, quia sic consumerit alia corpora, quibus adhaeret: nec aereum, quia aer non est figurabilis: nec aqueum, aqua. n. figuram non retinet. Similiter autem nec terrenum, cum subito dispareat. vt patet de Angelo Thobiae. ergo nullo modo corpus assumunt.

¶ 8 Præt. Omnis assumptio ad aliquam vniōem terminatur: sed ex angelio & corpore non potest fieri unū aliqui illorū trium modorum vnitatis quos ponit Philosophus in 1. Physic. Non n. possunt fieri vnum cōtinuatione, neq; indivisibilitate, neque ratione: ergo Angelus non potest corpus assumere.

¶ 9 Præt. Si angelus corpus assumunt, aut corpora ab eis assumpta habent veras species quæ videntur, aut non si quidem habent veras species, cum ergo quæ videantur in specie hominis, corpus ab eis

F assumptum erit verum corpus humanum, quod est impossibile: nisi dicatur q̄ angelus assumit hominem, quod videretur inconveniens. Si autē non sunt veræ species, hoc etiam inconveniens videretur, nō enim decet aliqua fictio angelos veritatis. Nullo ergo modo angelus corpus assumit.

¶ 10 Præt. Sicut supra habitum est angelii, & dæmones virtute sua naturæ non possunt facere in ipsis corporibus effectus aliquos, nisi mediantib. virtutibus naturalibus: sed virtutes naturales non infinitus rebus corporalibus ad formandum speciem humani corporis, nisi per determinatum modū generationis, & nisi ex determinato semine, qualiter constat quod angelii corpus non assumunt. Et eadem ratio est de alijs formis corporū, in quibus angelii aliquando apparent. ergo non potest esse hoc, per hoc quod angelii assumunt corpora.

¶ 11 Præt. Oportet q̄ mouens, aliquid influat corpori moto: non potest autem influere nisi aliquo modo contingat. Cū ergo nō possit esse contactus angelorum ad corpora, vñ q̄ non possint mouere, & per consequens nec assumere. Sed dicendum, quod angelii imperio solo mouent corpus motu locali.

¶ 12 Sed contra, mouens & motu oportet esse simul, vt probatur in 7. Physic. sed ex hoc quod angelus aliquid imperat voluntate sua, non est simul cum corpore quod per ipsum moueri dicitur. et hoc solo imperio mouere non potest.

¶ 13 Præt. Motus corporalis non obedit angelis ad nutum quantum ad sui formationem, sicut supra habitum est: figura autem quædam forma est: ergo non potest solo imperio angelii corpus aliquod figurari, ut habeat effigiem hominis, aut aliquas huiusmodi in quo angelus appareat.

¶ 14 Præt. Supra illud Psalmi, Dñs in tēplo sancto suo, dicit glo. q̄ & si dæmones exterius simulacrum presidant, intus tamen esse non possunt, & eadem ratione nec in alijs corporibus: sed si corpora assumunt, oportet eos in corporibus assumptis esse: ergo non est dicendum, quod corpora assumunt.

¶ 15 Præt. Si assumunt aliquod corpus, aut toti corpori unitur, aut aliqui parti eius: si solum aliqui parti, non potuerunt totum corpus mouere, nisi viam partem mouent altera mediante: quod non videtur posse contingere, nisi corpus assumptum habeat partes organicas determinatas ad motum, quod est solum corporum animatorum. Si autem toti corpori vniuntur immediate, oportet q̄ sit in qualibet parte corporis assumpti angelus, & collat quod totus, cum sit imparabilis, ergo erit in pluribus locis simul, quod est solius Dei: non ergo angelus potest corpus assumere.

SED CONTRA est, qd̄ legitur de angelis apparibus Abraham, ut habetur in Gen. decimo daco, qui in corporibus assumptis apparuerunt. Et simile ter de angelo qui Thobiae apparuit.

RESPON. Dicendum, q̄ quidam corū qui à cræ scripturæ credunt, in qua apparitiones angelorum leguntur, dixerunt q̄ angelii numquam corpora assumunt, sicut patet de Raby Moyle, qui hanc opinionem ponit. Vnde dicit q̄ omnia quæcumque in sacra scriptura legitur de apparitione angelorum, contingunt in uisione prophetarum, fī scilicet imago uisionariorum uisionem, quandoque quidem in vigilio, quandoque uero in dormiendo. Et hac postea veritatem scripture nō saluat. Ex ipso enim modo loquendi, quo scriptura vritur, datur intelligi quod significatur

significet ut res gestas, & quid per modum Propheticæ visionis. Cum n. aliqua apparitione per modum visionis debeat intelligi, ponuntur aliqua uerba ad visionem pertinente: sicut qd̄ dicitur Eze. 8. Eleuat me spiritus inter cœlum & terram, & adduxit me in Hierusalem in visionibus Domini. Vnde patet, q̄ illa quæ fieri simpliciter narrantur, simpliciter etiam intelligi debent esse gesta. Sic autem legitur de pluribus apparitionib⁹ in vereri testamento. Vnde simpliciter concedendū est q̄ angelī quandoque corpus assumūt, formando corpus sensibile exteriori sive corporali visioni subiectum: sicut & quādoque aliquas species in imaginatione formando apparent, sive imaginariam visionem. Hoc autem conueniens est propter tres rationes: Primo quidem & principali pte: quia omnes ille apparitiones veteris testamenti, ad illam apparitionē ordinantur, in qua filius Dei visibilis modo apparet, ut Aug. dicit in 3. de Trin. Vnde cum filius Dei uerum corpus assumperit, & nō phantasficum, ut Manichæi fabulantur, conueniens fuit ut etiam uera corpora assumendo, angelī hominibus appareret. Secunda ratio potest sumi ex uerbis Dionysii in epistola quā scribit ad Titum. Dicit enim q̄ ideo in diuina scriptura res diuinæ nobis sib⁹ sensibilius traduntur, inter alias rationes, vt totus homo quātum possibile est ex participatione diuinorum perficiatur, non solum intellectu capiendo intelligibilem veritatem, sed ēt in natura sensibili per sensibiles formas, quae sunt velut quādā imagines diuinorum. Vnde similiter cum angelī hominibus appearant ad eos perficiendos, conueniens est, ut nō solum intellectu illuminent per intellectualem visionem: sed q̄ etiam imaginatione prouideat, & exteriori sensui, per imaginariam visionem, corporum scilicet assumptionem. Vnde & hæc triplex visio assignatur ab Aug. 12. super Genes. ad literam. Tertia ratio p̄t esse, quia etiā angelī natura sunt nobis superiores, p̄ gratiam tamen adipiscimur corum æqualitatem & iocaretur: sicut habet Matth. 2. Erunt sicut angelī in celo. Et ideo ut suam familiaritatem & affinitatem ad nos ostendant, nō ob⁹ suo modo per corporis assumptionem conformantur, ut quod nostrum est accipientes, nostrum intellectū in illud assurgere faciat, quod proprium est ipsorum, sicut & filius Dei dū ad nos descendit, ad suos eleuauit. Damones autem q̄ in Angelos lucis se trāfigurant, quod boni Angelii ad nos p̄ficiunt faciūt, ipsi ad deceptiōnē facere molūt.

**A** D PRIMVM ergo dicendum, q̄ non omne corpus quod mouet angelus assumere. Assumere n. dī quasi ad se sumere. Assumit ergo angelus corpus, non ut suæ naturæ uniat, sicut homo assumit cibū, neque aut uniat suæ p̄sonæ, sicut filius Dei assumptus humanam naturam, sed ad suam representationē, illo modo quo intelligibilia per sensibilia representari p̄nt. Tūc ergo angelus corpus assumere dī, quando corpus aliquod hoc modo format, q̄ ad representationem suam est aptum: sicut patet per Dionysium in fine Cœlestis hierar. vbi ostēdit q̄ per corporales formas angelorū proprietas intelligit.

**A** D SECUNDVM dicendum, q̄ non solum imaginaria visio est utilis ad nostram instrutionē, sed etiam corporalis ut dictum est.

**A** D TERTIVM dicendum, q̄ sicut dicit Aug. in 3. de Trin. Oēs Dei apparitiones quæ in vet. testam. leguntur factæ, sunt ministerio angelorum, qui aliquas species vel imaginarias vel corporales format,

**A** per quas animum hominis videntis, in Deum reduceret: sicut & sensibilibus figuris possibile est hominem in Deum reduci. Corpora ergo apparentia in apparitionibus p̄dictis angelī assumptūt: sed in eis Deus apparuisse dī, quia ipse Deus erat finis in quæ per representationē huiusmodi corporum, angelī mentem hominis eleuare intendebant. Et ideo in illis apparitionibus scriptura quandoque commemorat Deum apparuisse, quandoque angulum.

**A** D QUARTVM dicendum, quod nulla res habet potestatē supra suum esse: omnis enim rei virtus ab essentiā eius fluit, vel essentiam presupponit. Et quia anima per suum esse, uiruit corpori, ut forma, non est in potestate eius ut ab yniōne corporis se absoluat. Et similiter non est in potestate angelī q̄ se uiriat corpori secundum esse ut formam: sed potest corpus assumere modo prædicto, cui uiruit ut motor, & vt figuratum figura.

**A** D QUINTVM dicendum, quod ista duæ operationes assumere corpus, & ministrare sunt ad initium ordinatae: & ideo nihil prohibet quia ea angelus simul exequatur.

**A** D SEXTVM dicendum, quod si proportio secundum commenſurationem accipiatur, non potest esse angelī ad corpus proporcio, cum eorum magnitudines nō sint viuū generis, nec rationis euidentiū: nihil tamen prohibet, quia sit aliqua habitudo angelī ad corpus ut motoris ad motum, & figurati ad figuram, quæ proportio potest dici.

**A** D SEPTIMVM dicendum, quod ex quolibet elemento potest angelus corpus assumere, vel etiam ex pluribus elementis committit. Magis tamen cōpetit quod ex aere corpus assumat q̄ potest insipari faciliter, & sic figuram recipere, & retinere, & per aliquid lucidi corporis oppositionem diuersimode colorat, sicut in nubibus patet: ut quantum ad præsens non sit differētia inter purum aerem, & vaporem seu fumum qui in aeris naturam tendunt.

**A** D OCTAVVM dicendum, quod illa diuisione dividitur unum simpliciter, si autem angelus corpori non uiruit: sed secundum quid, sicut motor mobilis, & vt figuratum figure, sicut supra dictum est.

**A** D NONVM dicendum, q̄ corpora illa q̄ angelī assumunt, habent quidē veras formas quantū ad id quod sensus percipere potest: quæ sunt sensibilia p̄ se, sicut color & figura: non autem quantum ad natūram speciei, quæ est sensibile per accidens. Nec propter hoc oportet quod sit ibi aliqua fictio, quia formas humanas non obijcūt oculis angelii, ut homines esse credantur: sed ut per humanas proprietates, angelorum virtutes cognoscantur: sicut nec etiam metaphorice locutiones sunt falsæ, in quibus ex aliorum similitudinibus res aliæ significantur.

**A** D X. dicendum, q̄ licet virtutes naturales corporum non sufficiant ad inducendum veram speciem humani corporis, nisi per debitum modum generationis: sufficiunt tñ ad inducendum similitudinē humanorū corporū quantū ad colorē & figuram, & ad hūmōi accidentia exteriora, & præcipue cum ad plura horū sufficere videatur motus localis aliquorū corporum, per quem & vapores cōdensantur & rarefiunt, & nubes diuersimode figurantur.

**A** D XI. dicendum, quod angelus mouēs corpus assumptum influit ei motum & tangit, non tactu corporali: sed spirituali per suam virtutem.

**A** D XII. dicendum, quod imperium angelī requirit executionem virtutis. Vnde oportet, q̄ sit quidam

QVAES. VI. IDE MIRACULIS ARTIQ. VIII.

dam tactus spiritualis ad corpus quod moneret. **¶ 8** Ad xiiii. dicendum, quod figura est quædā forma, quæ per adfissionem materiæ & condensationem, vel rarefactionem vel ductionem, ait aliquæ motum huiusmodi potest fieri in materia. Unde non est eadem ratio de hac forma & alijs. **¶ 9** Ad xviii. dicendum, quod esse in aliquo corpore potest intelligi duplicitate uno modo ut sit infra corporis quantitatib; & sic nihil prohibet diabolū in aliquo corpore esse. Alio modo ut sit intra rei essentia, ut dans esse rei, & operans in rei, quod est filius Dei proprius: quoniam Deus non sit pars essentiae alii cuius rei. Potest autem & sibi glo. intelligi dæmon in simulacro non esse; sicut in dolatræ putabat, ut si ex simulacro & spiritu habirante fieret unus. **¶ 10** Ad xv. dicendum, quod angelus est tunc in rotore corporis assumptus, & in qualibet parte eius, eadem ratione qua & anima: sicut enim non sit forma corporis assumptus ut anima, sed tamen motor. Motus autem & motione operari esse simus. Et tamen non sequitur ut sit in pluribus locis simul comparatur enim totum corpus assumptum adranglelum, sicut et nunc locutus.

**¶ 11** Ad xvi. dicendum, utrum angelus vel dæmon per corpus assumptum possit operari motiones invenientis corporis exercere.

**O**ctavo queritur utrum angelus vel dæmon

per corpus assumptum possit operationes viue*re* corporis exercere. Et videtur quod non. Cuiuscumque enim corpori habere virtutem ad aliquod opus, cōpedit: si habere easinē quibus illud opus haberi non potest, illa virtus frustra ei adesse: sed hīmōi opera viuentū corpori sine corporis organis exerceri non possunt. Cum ergo angelus non habeat corpora organa naturaliter libi viuita, videatur quod non possit predicta opera exercere.

**¶ 12** Prat. Anima est nobilior quam natura: sed angelus in operatione potest opus naturæ facere nisi mediante virtute naturali. ergo in plu. minus potest facere. Spera anima per corpus assumptum, quod anima caret.

**¶ 13** Prat. Inter omnes operationes anima qua per organa complicantur, actus sensuum sunt propinquiores intellectuali operationi, quia est propria angelorum opera per corpus assumptum non potest sentire vel imaginari. ergo multo minus potest opera alia anima: facere.

**¶ 14** Prat. Lociuntur non sicut vox: vox autem est sonus ab ore quadruplicatus. Cum ergo angelus utens corpore assumpto non sit anima, videatur quod loqui non possit per corpus assumptum; & multo minus alia facere: nam locutio propinquissimabit videtur, cum sit intellectus signum.

**¶ 15** Prat. Vnum opera anima vegetabilis in vno

& eodem indundo est generatio, prius enim nutritur & augetur anima quam generari: sed non potest dici quod angelus vel corpus assumptum ab ipso nutritur vel motu augmenti mouatur. ergo non potest esse quod corpus assumptum generet.

Sed dicendum quod angelus vel dæmon per corpus

assumptum generare potest, non quidam semine

ex corpore assumpto deciso, sed temine hominis in muliere transfigo: sicut & adhibendo alia propria semina quodam veros effectus naturales cauunt.

**¶ 16** Scd contra. Semen animalis præcipue ad generationem operari per calorem naturalem: Si autem dæmon semen portaret per aliquam magnam diffatiam, impossibile videtur quin calor naturalis

et raporaret, ergo non possit fieri generatio hominis per modum prædictum.

**¶ 17** Prat. Secundū hoc ex tali semine homo non generaret: nisi sibi virtus utrius humani seminis, ergo illi qui die futura dæmonibus generati, non essent maiori statuta & robustiores alii: qui communiter per semen humanum generantur, cum tamen dicatur Gene. 6. quoniam ingressi essent filii Dei ad filias hominum, illaque genucrunt, nati sunt gigantes potentes a seculo vitafamosi.

**¶ 18** Prat. Constat ad nutrimentum ordinatum. Ergo angelus in corporibus assumptis non auratur, videtur quod nec etiam comedantur.

**¶ 19** Prat. Ad ostendendum ueritate corporis humani resurgentis. Christus post resurrectionem comedere voluerat: frumenta quæ geli vel dæmones per corporibus assumptis comedere possent, non effecit melius, efficax argumentum resurrectionis, quod paret esse salutem. ergo angelus vel dæmones per corpus assumptum comedere potest.

**¶ 20** Prat. Contra est quod dicitur Gene. 1. de angelis qui apparuenterunt Abraham. Cum comedissentur ad eum, videtur sibi vox tua: ergo & comedunt & loquuntur angelis in corporibus assumptis.

**¶ 21** Prat. Gene. 6. super illud. Videntur filii Dei dicit glo. Hic verbum Hebraicum. Elyon, utrumque numeri est: Dei enim deos significat. Ideo Aquila filios Dei dicit hec ausus est Deos, sicut & Evangelio saeculos intelligi, ergo & gratiani greci.

**¶ 22** Prat. Sicut per actionem hois nimirum in fructuaria nec per artem angelorum. Frustra autem, si alius humor, disponit ad modum organici corporis, illis organis intererit. ergo videtur quod exercitiant in corporibus assumptis opera organis convenientia sicut quod videant per oculos, & audient per aures, & sic de aliis.

**¶ 23** Rer. pto. n. Dicendum, prædicto aliquo ex duabus naturali speciem accipere videtur, sive ex aere & terreno. Calefactio. n. ab infirmitate efficiat, quia vita earum ex calore procedit, & ad calorem terminatur: alia vero a frigore & ad frigus. Proprietatem actionis sicut & motus a termino specie habet a principio autem habet propriam quod sit naturalis. Motus enim & actiones naturales dicuntur, quae sunt principio intrinseco. Considerandum est ergo, quod in operationibus anima, quæ quidam sunt ab anima, sicut a principio, terminantur tam enī ad aliquem exteriorum effectum, & si quid est talis effectus per solam corporis divisionem vel motum localē produci possit, talis actio attribuatur angelo per corpus assumptum, quātū ad similitudinem speciei ī effectu: nō in exteriori naturali actio, sed similitudo talis actionis. Sicut patet in locutione quod formam per motū organica & aeris, & conseruātiō quod perficitur per divisionē ciborum tritacionē in partes interiores. Unde locutio, quod attribuitur Angelis in corporibus assumptis, non dicere naturalis locutio, sed quādam similitudinem

## QVAES. VI. DE MIRACVLIS, ART. IX.

65

## ARTICVLVS IX.

per similitudinē effectus: & similiter dicēdū est de cometione. Vnde & Thobie 12. dicit Angelus. Cū esset vobis, videbar qđe vobis ē māducere & biberes: sed ego cibo inuisibili & potu vtor. Si aut̄ talis effectus requirat transmutationem fm formam, tunc non poterit fieri per angelum: nisi forte mediante naturali actu, sicut pater de generatione.

AD PRIMVM ergo dicendū, qđ huiusmodi operationes non naturaliter angelus exercet: & ideo nō oportet quđ habeat naturaliter organa vnta.

AD SECUNDVM dicēdū, qđ veras operationes aīt angelus nō facit: sed similitudinarias, vt dictum est.

AD TERTIVM dicēdū, qđ iā dictū est: quare sensus non pōt Angelis in corporibus assumptis attribui.

AD QUARTVM dicendum, quđ vera locutio attribui non potest angelō in corpore assumpto: sed solum similitudinaria, vt dictum est.

AD QVINTVM dicēdū, qđ angelis bonis generare numquā attribuitur: sed de dēmonib⁹ est duplex opinio. Quidam. n. dicunt qđ dāmones etiam nullo modo generare possunt in corporibus assumptis, p̄ rationes in obijendo inducētas. Quib⁹ dā vero vñ qđ generare possunt, non quidē per fēmē a corpore assumpto, decimus, vel p̄ virtutē suā natura: sed per fēmē hominis adhibitum ad generationem, p̄ hoc qđ vñus & idem dāmon sit ad virum succubus, & semen ab eo receptum in mulierem trāsfundit, ad quā fit incubus. Et hoc satis rationabiliter sufficiet, cum etiam alias res naturales caufent, p̄ p̄pria semina adhibendo, vt August. dicit in 3. de Tr.

AD SEXTVM dicendum qđ circa evaporationem feminis, potest dāmon remedium adhibere, tun per velocitatem motus, tum adhibendo aliqua fomen ta, per quā calor naturalis conseruetur in femine.

AD SEPTIMVM dicēdū, qđ pculdubio gnatio p̄dictio mō facta, virtute humani feminis fit. Vñ homo si genitus, nō eser fili⁹ dāmonis: sed viri cuius fuit fēmē. Et tñ possibile est qđ p̄ talē modū homines fortiores generent, & maiores: qđ dāmones volētes in suis effectibus mirabiles videri, obseruādo determi natum situm stellarum, & vñri & mulieris dispositionem, possunt ad hoc cooperari. Et pricipis si femina quibus vtuntur sicut instrumentis, per talem vñsum aliquod augmentum virtutis conseq̄uantur.

AD OCTAVVM dicēdū, qđ comestio attribuitur angelis in corporibus assumptis: non quantū ad fēmē qui est nutritio, sed impliciter quātum ad comestio actum: & simileiter etiam Christo post resurrectionem, cuius corpori non erat tunc aliquid addibile: in hoc tamen differt, quđ comestio Christi fuit vere naturalis comestio, vt pote eius existens qui animam vegetabilem habebat: & sic potuit esse argumentum veritatis naturę. In vtraque tamen comestione, cibus non est cōuerſus in carnem & saquinem: sed resolutus in materiam p̄iacentem.

Et per hoc pater responsio ad nonum.

AD PRIMVM vero quod in contrarium obijecit dicendum, quđ comestio & locutio qualiter angelis sit attribuenda dictum est.

AD SECUNDVM dicēdū, qđ p filios Dei intelligit qđ filios Seth, q̄ erāt Dei filii per gratiā, & angelorum p imitationē. Filii autē hominum dicebantur filii Cayn qui a Deo receperant carnaliter viuentes.

AD TERTIVM dicendum quđ instrumenta seniūm assumunt angelis, non ad vtendum: sed ad signandum. Vnde eti⁹ per ea non sentiant, non tam frustra assumunt.

Vtrum operatio miraculi sit attribuenda fidei.

**N**ono queritur, vtrum operatio miraculi sit attribuenda fidei. Et viderur qđ non. Gratia nō gratis dat̄ a virtutib⁹ differunt, eo qđ virtutes sanctis omnib⁹ sunt cōes, gratiē nero gratis datae diuersis distribuuntur, secundum illud primæ ad Chorinth.12. Diuisiones gratiarum sunt: fed face re miracula est gratia gratis data. Vnde in eodem capitulo dicitur, Alia operatio virtutum &c. ergo facere miracula, non est attribuendum fidei. Sed dicendum, quđ attribuitur fidei tamquam mērenti, gratia gratis data tamquam exequenti.

¶ 2. Sed contra est, qđ dicit Glo. super illud Matth. 7. Dōmine nōne in nomine tuo prophetauimus &c. Prophetare, virtutes facere, dēmones ejcere, interdum non est meriti illius qui operatur: sed invocatio nominis Christi. ergo videtur quđ non sit fidei attribuendum.

¶ 3. Pr̄t. Charitas est principium & radix merendi, sine qua fides informis merceri non potest. Si ergo fidei propter meritum attribuitur operatio miraculorum, magis est attribuenda charitati.

¶ 4. Pr̄t. Cum sancti orando miracula faciant, illi virtuti p̄cipue debet miraculorum operatio attribui, que facit vt oratio exaudiatur, hoc autem facit charitas. Vnde dicitur Matth. 18. Si duo ex uobis cōfenserint super terram de omni re quācumq; petierint, fieri illis a patre meo. Et in psalmis dicitur, Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: charitas. n. est qua facit homines delectari in Deo per amorem Dei, & consentire hominibus per amorem proximi. ergo charitati debet attribui miraculorum operatio.

¶ 5. Pr̄t. Dicitur Ioan. 9. Scimus quia peccatores Deus non audit. Charitas aut̄ est qua sola peccata rem ouet, quia ut dicit Proverb. 11. Vniuersa dilecta operit charitas. ergo charitati & non fidei debet attribui miraculorum operatio.

¶ 6. Pr̄t. Sancti homines non solum orando impetrant miracula fieri, sed etiam miracula faciunt ex potestate, ut Greg. dicit in 2. Dialogo. Hoc aut̄ est in quantum homo Deo unitur, ut lic̄ diuina virtus homini coassit: quam quidē vñionem charitas facit, quia qui adh̄get Deo, scilicet per charitatem, vñus spiritus est, ut dicitur 1. Corin. 6. ergo charitati debet attribui miracula facere.

¶ 7. Pr̄t. Charitati p̄cipue opponit inuidia, nā charitas congaudet bonis de quibus inuidia tristatur: sed immutatio in malum per perficationem attribuit inuidiae, vt dicitur in glo. Gal. 3. ergo & miraculorum operatio est attribuenda charitati.

¶ 8. Pr̄t. Intellectus non est principium operatio nis, nisi mediante uoluntate: fides autem est in intellectu, charitas autem in uoluntate. ergo nec fides operatur nisi per charitatem. Vnde dicitur Gal. 5. Fides qua per dilectionem operatur. Sicut ergo operatio actuum virtutis magis attribuitur charitati, quām fidei: ita & operatio miraculorum.

¶ 9. Pr̄t. Omnia alia miracula ad incarnationem Christi ordinantur, que est miraculum miraculorum: sed incarnationis Christi attribuitur charitati, unde dicitur Ioan. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suū unigenitum daret. ergo & alia miracula sunt charitati attribuenda, & non fidei.

¶ 10. Pr̄t. Quod Sara anus, & sterilis de vetulo cō. Quest. dis. S. Thomae. I. cepit

Glos.ordinaz  
ria ibi.Glos.ordinaz  
ria super il  
lud quis fa  
cienbat.

corp. art.

b. 3. cap. 8.  
9. tem. 3.

corp. art.

QVAES. VI. DE MIRACVLIS, ART. X.

cepit filii, miraculosum fuit: hoc autem attribui spei, vt dī Rō. 4. Qui contra spē in spē credit, ergo operari miracula, attribuendum est spei, non fidei.

¶ 11 Præt. Miraculum est aliquod ardum, & insolitum, ut Aug. dicit, ardum autem est obiectum spei: ergo spei debet attribui operatio miraculorum.

¶ 12 Præt. Miraculum est manifestatio diuinæ potentiae: sed sicut bonitati quæ appropriatur Spiritui sancto, responder charitas, & veritati quæ appropriatur filio, responder fides, ita potestati quæ appropriatur patri, responder spes: ergo facere miracula est attribuendum spei, & non fidei.

¶ 13 Præt. Aug. dicit q̄ mali homines interdum faciunt miracula per publicā iustitiam, ergo operatio miraculorum est attribuenda iustitiae, & non fidei.

¶ 14 Præt. Act. 6. dī, q̄ Stephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo, ergo vī q̄ sit attribuendum fortitudini.

¶ 15 Præt. Matth. 17. dicit Dīs discipulis qui dēmoniacum sanare non poterant, Hoc genus dāmoniorum non ejiciunt, nisi oratione, & ieiunio: Sed ejicere dāmonia inter miracula computatur; ieiunium autem est actus virtutis abstinentiae, ergo ad abstinentiam pertinet miracula facere.

¶ 16 Præt. Ber. dicit quod cum muliere semper esse, & feminam non cognoscere, maius est quam mortuum suscitare: hoc autem facit castitas, ergo castitas est miracula facere, & non fidei.

¶ 17 Præt. Illud quod est in derogationem fidei, nō est fidei attribuendum: sed miracula sunt in derogationē fidei, q̄a infideles īputabant ea magice arti, ergo fidei non debet attribui facere miracula.

¶ 18 Præt. Fides Petri, & Andreae commendatur a Gre. de hoc quod nullus miraculus vīs credidit,

ergo operatio miraculorum derogat fidei, & sic idem quod prius.

¶ 19 Præt. Posita causa ponitur effectus. si ergo fides est causa faciendi miracula, omnes qui fidem habent, miracula facerent, quod patet esse falsum.

Non ergo fidei est facere miracula.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. v. 1. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, in nomine meo dāmonia ejicient, &c.

¶ 2 Præt. Matth. 17. dī dicit, Si habueritis fidem sicut granum synapis, dicetis monti huic, Transi hinc & transibit, & nihil impossibile erit vobis.

¶ 3 Præt. Si vnum oppositū est causa oppositi, & reliquū oppositū est causa reliqui: sed incredulitas est causa impediens miraculorum operationem:

Vnde dī Matth. 6. de Christo, Non poterat ibi, hoc est, in patria sua facere miracula, ubi paucos infirmos impositis manib. curauit, & mirabatur pp. in-

credulitatem illorū. Et Matth. 17. dī Dīm rindisse discipulis quātentibus, quare non potuimus ejicare dāmonium, propter incredulitatem, inquit, uestram, ergo & fides est causa faciendi miracula.

RESPON. Dicēdum, q̄ homines sancti miracula faciunt duplicitate, sicut Greg. in 2. Dialogo, L. oratione impetrando, ut miracula diuinitas fiant, & per potestatem. Vtroque autem modo fides idoneum reddit hominem ad miracula facienda. Ipsa enim meretur proprie, ut oratio exaudiatur de miraculis faciendis. Quod hac ratione uideri pōt. Sicut. n. in rebus naturalibus uidemus, q̄a causa uniuersali omnes particulares causas sumunt efficaciam agendi, tamen effectus determinatus, & proprius attribuitur causa particulari, sicut patet de uirtutibus

Factius inferiorum corporum respectu virtutis celi stis corporis, & de ordinibus inferioribus, q̄ celi le quanū motum primi orbis, habet tamē singuli proprios motus: ita ēt est de virtutibus quibus meremur. Nā oēs habent efficaciam merendi a charitate, q̄ nos vnit Deo a quo meremur, & voluntate perficit, p̄ q̄a meremur: singula tamē virtutes merebuntur singularia q̄dam p̄mia eis proportionaliter indenitatis: sicut humilitas merebuntur exaltationē, & paupertas regnum. Vnde q̄nque charitate cessante per adūlārum virtutem, eti aliquid nihil mereatur ex cō digno, ex quadam tamē diuina liberalitate aliquo congrua beneficia retribuit pro hiis actibus, scilicet in hoc mundo. Vnde dī p̄ ea q̄ sunt ex genere bona extra charitatem facta, merentur aliquo ex gruo interdū bonorum temporaliū multiplicacionem. per hunc autē modum, fides meretur miraculorum operationē, licet radix merendi sit ex charitate. Cuius ratio pōt. triplex assignari. primo q̄d quia miracula sunt quedā argumenta fidelis, dum p̄ ea facta quae naturam excedunt, illorū veritas comprobatur, q̄ naturalem transcendunt rationem. Vnde Mat. v. 1. dicitur. Illi profecti prædicaverunt vbi domino cooperante, & sermonem cōfirmante frequentibus signis. Scicida ratio est, quia fides potissimum diuinæ potentiae innititur, quā accipit ut rōmen vel medium ad assentendum his q̄ supra naturam evidenter. Et ideo diuina potentia in operationem miraculorum, præcipue fidei coassilit. Tertia ratio est, quia miracula p̄ter naturales causas sunt: fides autē est, quae non ex rationib⁹ naturalib⁹, & sensibili bus argumenta affūnit: sed ex rebus diuinis. Vnde sicut paupertas temporalium rerum meretur diuitias spirituales, & humilitas merebuntur celestem dignitatem: ita fides quasi contēnendo ea q̄ naturaliter fidei, quodāmodo miraculorum operationē meretur, preter naturale virtutem fit. Similiter autē & p̄ fidem homo maxime disponitur, ut ex potestate miracula faciat. Quod ēt ex tribus rōnibus patet. primo q̄dem q̄a sicut supra dicitur est, sancti ex potestate miracula dicūtur facere, non quā miraculorum principales auctores: sed sicut diuina instrumenta, impetrant diuinū cui natura obedit in miraculis, quodāmodo ipsi rebus naturalibus p̄sentātes. Quod autē diuinū verbū in nobis habitet, est p̄ fidem, q̄ est quadā participatione in nobis diuinę veritatis: vnde per ipsam fidem homo disponit ad miracula facienda. Secundo q̄a sancti q̄ ex potestate miracula faciūt, operantur in virtute Dei agētis in natura. Actio. n. Dei ad totā naturā comparatur, sicut actio animae ad corpus: corpus autē ab anima transmutatur prater ordinē principiorum naturalium, p̄cipue per aliquam imaginatiōē fixam, ex qua corpus calcificat per conceputiōē, vel iram: aut ēt immutatur ad febrem vel leprosiam. Illud ergo facit hominem dispositū ad miracula facienda, quod dat eius apprehensioni quandā fixitatem & firmitatem. Hoc autem facit fides firmata de firmitas fidei præcipue operatur ad miracula facienda. Quod patet ex hoc q̄d dī Matt. 2. 1. Si habueritis fidem & non habueritis & c. Iacob. 1. Postulat autē in fidem nihil habitas. Tertio, q̄a cū miracula facienda, quod dat eius apprehensioni quandā fixitatem & firmitatem. Hoc autem facit idoneū ad miracula facienda ex potestate, quod reddit aptum ad imperandū. Hoc autē est per quandam separationem & abstractionem illis quibus debet imperare. Vnde & Anaxagoras dicit q̄ intellectus erat immixtus ad hoc q̄ imperare.

Fides

2. dialogord  
cap. 30.

Fides autem animum abstrahit a rebus naturalibus & sensibilibus & cu[m] in rebus intelligibilibus fundat. Vnde de p[ro] fidē reddit homo aptus ad hoc, q[uod] p[ro] potest facere miracula faciat. Et inde est et p[ro] aliis virtutes ad facienda miracula p[ro]cipue cooperantur, q[uod] animum hominis a rebus maxime corporalibus abstrahuntur sicut continetia & abstinentia, q[uod] retrahunt ab electionibus, quibus homo sensibilibus rebus immigritur. Alio vero virtutes, quae ad disponenda temporalia ordinantur, non ita ad facienda miracula disponuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] facere miracula attribuitur gratia gratis, sicut principio proximo fidei, aut sicut disponenti ad hominem gratiam consequitur.

AD SECUNDVM dicendum, q[uod] obiectum fidei est arduum consequendum, non autem arduum faciendum.

*In argum.*

Ad xij. dicendum, q[uod] obiectum fidei est arduum consequendum, non autem arduum faciendum.

Ad xiiij. dicendum, q[uod] spei responderet diuina potestitia su[m] sublimitatem fuerit maiestatis, in cuius consecrationem spes tendit, sed ipsi potentie fm quod est mirabilium effectiva; præcepte immititur fides.

Ad xiii. dicendum, q[uod] publica iustitia est ex fide, per quam rota ecclesiastica iustificatur, secundum illud Rom. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi.

Ad xiv. dicendum, q[uod] fortitudine in passionibus tollerandis & constantia confessionis, erat in martyribus propter fidei firmitatem.

Ad xv. dicendum, q[uod] est abstinentia ad miracula facienda cooperari: non tamen ita principaliter sicut fides.

Ad xvij. dicendum, q[uod] licet feminam non cognoscere & semper cum feminae conmoriari, si difficile, non tamen est miraculum, proprio miraculo sumpto, cum ex virtute creata dependeat, scilicet libere arbitrio.

Ad xvij. dicendum, q[uod] abusus miraculorum in his qui miraculis detrahebatur, non auctor coru[m] efficacia ad fidem confirmandam, quantu[m] ad illos que erant bene dispositi.

Ad xvij. dicendum, q[uod] fides Petri & Andreæ comendat p[ro]p[ter]a p[ro]p[ter]itudo credendi, q[uod] tanto maior fuit quanto minoribus administris indiguit ad credendum. Inter quae administris per se sunt miracula.

Ad xix. dicendum, q[uod] fides non est sufficiens causa ad miracula facienda; sed dispositio quedam. Fiant autem miracula secundum ordinem diuinæ prouidentiae, quæ hominibus congrua remedia pro uarijs causis diuersimode dispensantur.

#### ARTICVLUS X.

Vtrum dæmones cogantur aliquibus sensibilibus & corporibus rebus factis, aut verbis, ad miracula facienda.

D E C I M O. quæritur, vtrum dæmones cogantur aliquibus sensibilibus & corporalibus rebus factis, aut verbis ad miracula facienda, que p[ro] magicas artes fieri uidentur. Et videtur quod sic. Dicit n. August. 10. de Ciui. Dei, introducens verba Porphyrii, q[uod] quidam in chaldeâ ta[ctu]s inuidia, abiuratas spirituales potentias precib[us] alligauit, ne ab alio postulata concederent. Et in 21. eiusdem libri dicit. Non potuit primum nisi de quibus dicentibus disci, quid quisque illorum appetat, quid exhorreat, quo inuitetur nomine quo cogatur. ergo dæmones a magis coguntur ad miracula facienda.

E ¶ 2 Præt. Quicumq[ue] facit aliquid contra suam voluntatem, aliquo modo cogitur: sed dæmones aliqui faciunt aliquid contra suam voluntatem per magos adiutari. Est n. uoluntas dæmonis semper ad inducendum homines in peccatum, & tamen aliquis magica arte ad turpem amorem incitat, eadē arte a uolentia incitationis soluit, ergo dæmones cogunt a magis.

¶ 3 Præt. De Salomonе legi, q[uod] quodam exorcismos fecit, q[uod] dæmones cogebant ut ex obsessis corpib[us] recederent. ergo p[ro] admirationes dæmones cogunt.

¶ 4 Præt. Si dæmones aduocati a mago veniunt, aut hoc est quod alliciunt, aut quod cogunt, sed non semper aduocati alliciunt. Aduocantur p[ro] quedam quæ dæmones odiantur, sicut p[ro] uirginitate imprecantur, cū tam p[ro] ipsi ad ineptos cōcubitus homines deducere non morentur. ergo vñ, q[uod] aliquando cogantur.

¶ 5 Præt. Studiū dæmonū ē, ut hoies a Deo auerāt; sed ip[s]i aduocati per aliqua quæ reuerentiam Dei

Quæst. dis. S. Thome. I 2 sonantur.

QVAES. VI. DE MIRACVLIS, ART. X.

sonant, sicut p inuocatione diuinę maiestatis adueniūt. ergo nō ppria voluntate hoc faciūt: sed coacti.  
 ¶ 6 Pr̄cēsi allicianf aliq b. sc̄ibilib. nō alliciūt eis si  
 cur aīalia cibis, sed sicut spiritus signis q̄cūq; delecta  
 tioni cogruūt, p varia ḡna lapidū, herbarū, lignorū,  
 aīoliū, carminū, rituū, ut Aug. dicit 21. de Ciuit. Dei,  
 sed signis allici nō vñt. Eius n. allici signis est, cuius  
 est signis vti, qd̄ quidē est solū habentis sensum. Nā  
 signū est qd̄ pter specie quā ingerit sensibus, facit  
 aliquid aliud in agnitionem venire. ergo d̄amones  
 nullo modo alliciuntur: sed magis coguntur.  
 ¶ 7 Pr̄t. Matth. vlt. dixit qdā ad Iesum, Dñe misere  
 re filio meo, q̄a lunaticus est, & male patit. In Mar  
 co aut̄ dī, Attulit filiu mēu ad te habētē spiritū mu  
 tū. Dicit aut̄ gl. sup̄ verbo p̄dicto Matth. hunc Mat  
 cus surdū & mutū dicit, que Matth. nominat lunati  
 cū, nō p̄ luna demonib. c̄ruiat, sed dāmō lunę cur  
 sū obseruās, hoies corrūpit. Vñ ergo q p̄ obserua  
 tionem c̄elestium corporum, & aliorum corpora  
 ralium, d̄amones ad aliquid faciendum cogantur.  
 ¶ 8 Pr̄t. Cū d̄amones ex supbia peccauerint, nō est  
 p̄bable q̄ allicianf illis q̄ corū excellētē derogare  
 p̄n. Aduocāt p̄ cōuocationes virtutis ipsorū, &  
 p mēdacia incredibilia, q̄ derogāt sciētis ipsorū. Vñ  
 Aug. dicit in 10. de Ciuit. Dei, introductis verba Por  
 phyrii, sic dicēs, Quid ē hō vitio cui liber obnoxii,  
 int̄edit minas, eosq; ferrat falso, vt eis extorqat ue  
 ritatē: nā & cēlū se collidere minat, &c. similia, hōi  
 impossibilia, vt illi dī tanq; insipiētissimi pueri, falsis  
 & ridiculosis cōminationib. territi, q̄ imperant, effi  
 ciāt. ergo d̄amones n̄ alliciūt, sed cogūt aduocati.  
 ¶ 9 Pr̄t. Volūtas d̄amoni ad hoc tendit, vt hoies  
 in culturam idolorum deieciat. Qod quidē p̄cipue fit per hoc, q̄ spiritus d̄amoni imaginib.  
 adsunt. Si autem propria sponse aduocati uenirent,  
 semp ad talia uenirent: non aut̄ semp uenirent, nūl  
 certus ipib. obseruat & determinatis carminib. &  
 ritib., imaginib. sc̄leratis uel potius exercitatis. Nō  
 ergo d̄amones aduocāt, quasi allecti: sed q̄li coacti.  
 ¶ 10 Pr̄t. Aliqñ d̄amones magicis artib. aduocāt,  
 vt homines ad turpē amōrē in clinent: hoc autē d̄amones  
 propria uoluntate facere intendunt. Nō er  
 go esset opus ut allicerent, si semper hoc facerent  
 aduocati: nō semper autem hoc faciunt. ergo q̄i fa  
 ciunt aduocantur, non ut allecti: sed quasi coacti.

Sed contra est, qd̄ q̄ lob vndeclimo. Non est  
 potestas super terram quā ei possit comparari, si  
 diabolo: maior autem potestas non cogitur a mi  
 nori. ergo p nihil terrenū d̄amones cogi possunt.  
 ¶ 11 Pr̄t. Nō est eiusdē inuocari & cogi. Inuocāt. n.  
 maiores, ut Porphyrius dicit: sed peiorib. imperat:  
 d̄amones autem uenient aduocati. ergo non co  
 gantur. Sed dicendum q̄ coguntur uirtute diuina.  
 ¶ 12 Sed cōtra. Cogere d̄amones ex uirtute diuina,  
 est per donū gratiā quo perficunt ordo c̄elestium  
 potestatū: hoc autem donum gratiā non adeit in  
 fidelibus & hominib. sc̄leratis, quales sunt Magi  
 ergo nec ē uirtute diuina d̄amones cogere pnt.  
 ¶ 13 Sed cōtra. Cogere d̄amones ex uirtute diuina,  
 est per donū gratiā quo perficunt ordo c̄elestium  
 potestatū: hoc autem donum gratiā non adeit in  
 fidelibus & hominib. sc̄leratis, quales sunt Magi  
 ergo nec ē uirtute diuina d̄amones cogere pnt.  
 ¶ 14 Pr̄t. Facere ea q̄ diuina uirtute principaliter  
 sunt, non est peccatum: sicut facere miracula. Si ergo  
 Magi uirtute diuina d̄amones cogēt vñdo magi  
 cis artib. nō peccarent, qd̄ patet esse falsū. nō ergo  
 d̄amones aliquo modo magicis artibus coguntur.

RESPON. Dicēdū, q̄ circa effectū magiārū artiū  
 multiplex fuit opinio. Quidā n. dixerūt, sicut Alex.  
 q̄ effectū magiārū artiū fit p aliquas potētias, & vir  
 tutes in reb. inferiorib. ḡnatās ex virtutib. quorūdā

F inferiorum corporū, cū obseruatione cælestiū mo  
 tuū. Vnde Aug. dicit 10. de Ciuit. Dei, q̄ Porphyrio  
 vñ, herbis, & lapidibus, & animātibus, & sonis certis  
 qbusdā ac vocibus, & figuracionibus atq; signis  
 qbusdā, ēt obseruat in cæli conuersione motibus  
 fidereis, fabricari in terra ab hominibus potestates  
 idoneas siderū varijs effectibus execuēdis. Hac aut̄  
 politio insufficiens vñ. Licer. n. ad aliqua q̄ magicas ar  
 tibus fieri vñr, naturaliū corporū superiorū & infe  
 riōrū vires sufficere possunt sicut ad quafā corporū  
 trāmutationes: qdā tñ fuit magicas artibus, qd̄  
 nulla vis corporalis ēt extēdere pōt: cōstat vero q̄  
 locutio nō est nisi ab intellectu. p̄ magicas aut̄ artes  
 aliqua locutiones aliquorū r̄fēditū audiunt. Vnde  
 oportet q̄ hoc fiat p aliquā intellectū, & p̄cipue ci  
 de aliq̄b. occultis, q̄ hm̄i r̄fā homines docen  
 tur. Nec pōt dici q̄ hoc fiat p immurationē imagi  
 nationis solius p modū p̄stigū q̄a tūc ista voces nō  
 ab oībus circūlātibus audirent, nec a vigilātibus &  
 habētibus sensis solutos ista voces audiri possent.  
 Vnde relinquit q̄ fiat vel ex virtute aīa hois, magi  
 cas artib. vtentis, aut̄ fiat ab aliquo exteriori, intel  
 lēti habētē. Pr̄mū aut̄ est nō pōt, qd̄ patet ex duo  
 bus. primo qd̄, q̄ aīa hois ex sua virtute nō posse  
 nre ad cognitionē ignororū, nisi p aliqua fibinota.  
 H Vnde ex voluntate aīa hois non pōt fieri reuelatio  
 oculorū, q̄ fit p magicas artes: cū ad hm̄i occi  
 ta sc̄iēdā nō sufficiunt principia rōnis. Secundo qd̄  
 sua virtute hm̄i effectus aīa Magi sacrefē, nō m̄i  
 geret vñ inuocationibus, aut̄ aliq̄bus hm̄i exter  
 ribus rebus. Cōstat aut̄ q̄ hm̄i effectus magiārū  
 artib. p aliquos exteriores spiritus fiūt: nō aut̄ p̄  
 sp̄us iustos & bonos qd̄ qd̄ ex duob. patet. Pr̄mū  
 q̄a boni sp̄us familiaritatē suā sc̄eleratis hominibus  
 nō exhiberēt, quales plerūq; sunt magiārū artib.  
 excuctores. Secundo qd̄ nō cooperarēt hominib.  
 ad illicta p̄terrandā, qd̄ p̄terq; fit p magicas artes.  
 Restat ergo hoc fieri p malos sp̄itus, quos dazmo  
 nes dicimus. Hm̄i aut̄ d̄amones possunt intelligi  
 cogi duplū uno modo p aliquā superiorē virtutē  
 & eis necessitatē faciēt inducāt: alio modo p modū  
 allēctionis. Sicut homines dicunt ad aliquid cogi cu  
 ius cōcupiscentia alliciūt. Neutro aut̄ modo rebus  
 corporalib. p̄ se loquendo d̄amones cogi possunt,  
 n̄lī supponant habere sensibiles affectiones  
 ad modū aliorum aīaliorum, sicut & Apuleius post  
 d̄amones esse aīalia corpore aerae aīo pafīa. Sic  
 enim cogi possent vñtoq; modo, corporali virtutē  
 & corporū cælestium (ex quorū impressionib.  
 aliquas passiones inducerēt) & ēt inferiorib.  
 corporib. in qbus delectarentur sicut Apuleius dicit.  
 deleclāt in fumis sacrificiorū, & in aliq̄bus talibus  
 sed huius opinionis falsitas ostēta est in p̄cedētibus  
 q̄stionib. Restat ergo q̄ d̄amones p quos magi  
 cas artes cōplemētū habēt, & cogunt, & alliciūt. Co  
 gunf quidē a superiori: qñque quidē ab ipso Dei  
 quandoque vero a sanctis & Angelis & hominibus  
 uirtute Dei. Nam ad ordinē potestatum p̄tinere et  
 d̄amones arcere. Sācti autem homines sicut dono  
 uirtutum participāt in quantum miracula faci  
 ita dono potestatum, in quantum ejiciunt d̄amones.  
 Coguntur etiam interdū ab ip̄sī superiorib.  
 d̄amoniib. quā quidē sola coactio per magi  
 cas artes fieri pōtēt. Coguntur, & quasi allecti per  
 artes magicas, non quidē rebus corporalib. p  
 p̄ter seip̄as, sed propter aliud aliud. Pr̄mo qd̄

## QVAES. VII. DE SIMPLI DIV. ESEN. ART. I.

67

**D**em: quia per hūmōis res corporales sciunt facilius posse cōpleri effectum ad quem inuocātur. Et hoc ipsi appetuntur. vt. sc̄orum virtus admirabilis habetur. Et p̄p hoc sub certa cōstellatione aduocati magis adueniunt. Secundo inquātum hūmōi corporalia sunt signa aliorum spiritualiū quibus delectātur. Vnde Aug. dicit 21. de Ciu. Dei. q̄ alliciunt dæmones his rebus, nō tamquā animal cibis, sed quasi spiritus signis. Quia enim homines in signum subiecionis Deo sacrificium offerunt, & prostrationes faciunt, gaudent hūmōi reverentia signa sibi exhiberi. Alliciuntur aut̄ diuersi dæmones diversis signis, fīm q̄ diuersis uitij ip̄forū magis conueniunt. Terzio alliciuntur his corporalibus rebus, inquantum homines per eas in peccatum adducuntur: & inde est quod alliciuntur mendacij, & his qua homines in errorem vel peccatum inducere possunt.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod dæmones dicuntur cogi per magicas artes modis prædictis.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod in hoc ipso dæmoni satistis, si per hoc quod aliquod malum impedit, & ad aliquod bonum cooperatur, facilius in sui familiaritatem, & admirationem homines trahit. Nam & ipsi se transfigurant in Angelos lucis, sicut habetur secunda ad Corinthios undecimo.

**A**D TERTIVM dicendum, q̄ si Salomō exorcismos suos eo tempore fecit quando erat in statu salutis, potuit esse in illis exorcismis vis cogendi dæmones ex virtute divina. Si autem tempore illo fecit quo idola adoravit, vt intelligatur eum per magicas artes fecisse, nō sicut in illis exorcismis vis cogendi dæmones, nisi modo prædicto.

**A**D QVARTVM dicendum, q̄ a virginibus aduocati adueniunt, vt ex hoc in sue diuinitatis opinionem homines adducant, quasi mundiciam ament.

**A**D QUINTVM dicendum, quod in hoc eriam q̄ ad inuocationem diuinæ virtutis adueniunt, volut intelligi quod non sicut a diuina iustitia omnino exclusi: non enim sic diuinitatem apperit, vt summo Deo velint aquari omnino, sed ab eo, diuinitatis cultum sibi ab hominibus exhiberi gaudent.

**A**D SEXTVM dicendum, q̄ dæmones non dicuntur alii signis, quasi ipsi signis vtuntur: sed quia homines signis vii consueverunt, delectantur in signis quibus homines vtuntur propter signatum.

**A**D SEPTIMVM dicendum, quod sicut glossa ibidē dicit, dæmones certis periodis lunæ homines magis affligunt, vt creaturas Dei infamenti: in hoc scilicet, quod credantur dæmonibus seruire, & per hoc homines in errorem mittant.

**A**D OCTAVVM dicendum, q̄ licet p̄dicta mendacia in derogationē virtutis dæmonū esse videantur, nō hoc ipsum eis est deletabile, quod homines in mendacij confidant, quia ipse est mendax & pater eius.

**A**D NONVM dicendum, q̄ ad imagines aduocati adueniunt certis horis, & certis signis, rōnibus p̄dictis.

**A**D X. dicendum, q̄ licet semper dæmones homines desiderent perrahere in peccata: tunc tamē magis adhuc nituntur, quando magis ad hoc inclinātur, & quando plures possunt inducere in peccatum.

### QVAESTIO VII.

De diuina essentia simplicitate.

Et Habet articulos decem.

**T**rimo Enim queritur, Vtrum Deus sit simplex.

- A** ¶ Secundò, Vtrum in Deo sit substantia vel essentia idem quod esse.
- ¶ Tertiò, Vtrum Deus sit in aliquo genere.
- ¶ Quartò, Vtrum bonum, iustum, sapiens, & huiusmodi, prædicent in Deo accidentis.
- ¶ Quintò, Vtrum nomina prædicta significant diuinam substantiam.
- ¶ Sextò, Vtrum ista nomina sint synonyma.
- ¶ Septimò, Vtrum huiusmodi nomina dicatur de Deo & creaturis vniuoce vel æquiuoce.
- ¶ Octauò, Vtrum relationes quæ sunt inter Deum & creaturas, sint relatiæ in ipsis creaturis.
- ¶ Nonò, Vtrum Deus realiter referatur ad creaturam, ita quod relatio ipsa sit res aliqua in Deo.
- ¶ Decimò, Vtrum istæ relationes temporales sint in Deo secundum rationem.

### ARTICVLVS PRIMVS.

**Q** VAESTIO est de simplicitate diuine essentis. Et primo queritur in generali, an Deus sit simplex. Et videtur q̄ non. Ab uno. n. simplici, nō est natum esse, nisi vnū. idem enim semper facit idem, secundū Philof. sed a Deo procedit multitudo ergo ipse non est simplex.

**P** 1 Præt. Simplex si attingitur, totum attingitur: sed Deus a beatis attingitur, quia vt dicit Aug. in lib. de videntio Deum, attingere mente Deum magna est beatitudo. Si ergo sit simplex, totus attingiſ a beatis: sed qđ totum attingitur, comprehenditur. ergo Deus a beatis comprehenditur: quod est impossibile. ergo Deus non est simplex.

**P** 2 Præt. Idem non se habet in ratione diuersarū causarum: sed Deus se habet in ratione diuersarū causarum, vt pater 11. Metaph. ergo in eo oportet esse diuersa, ergo oportet eum esse compositum.

**P** 3 Præt. Vbi cumq; est aliquid & aliquid, est compositio: sed in Deo est aliquid & aliquid. L. proprietas & essentia, ergo in Deo est compositio. Sed dicendum quod proprietas est idem quod essentia.

**P** 4 Sed contra, affirmatio & negatio nō verificantur de eodem: sed essentia diuina est cōiceibilis tribus personis, proprietas autem est incommunicabilis, ergo proprietas & essentia non sunt idem.

**P** 5 Præt. De quo cumq; prædicantur diuersa predicatione, illud est compositum: sed in diuina predicatione uenit substantia & relatio, ut dicit Boet. in lib. de Trin. ergo Deus est compositum.

**P** 6 Præt. In qualibet re est substantia, virtus & operatio, ut dicit Dionys. ex quo videtur, quod operatio sequitur uirtutem & substantiam: sed in operationibus diuinis est pluralitas. ergo in substantia eius inuenitur multitudo & compositio.

**P** 7 Præt. Vbi cumq; inueniuntur multitudo formarum, ibi oportet esse copositione: sed in Deo inueniuntur multitudo formarū: quia sic dicit Comenta. oēs lib. 1. metra. formæ sunt actu in primo motore, sicut sunt in potentia in prima materia. ergo in Deo est cōpositio.

**P** 8 Præt. Quicquid aduenit alicui rei post esse compatum, inest ei accidentaliter: sed quædam dār de Deo ex ip̄e, sicut q̄ sit creator & Dominus. ergo inuenit ei accidentaliter: acceditis ait ad subiectum est aliqua compositio. ergo in Deo est cōpositio.

**P** 9 Præt. Vbi cumque sunt multæ res, ibi est compositio: sed in Deo sunt tres persona, quæ sunt tres res, ut dicit Aug. in lib. de doctr. Christiana. ergo in Deo est compositio.

**S**ED CONTRA est quod Hil. dicit 8. de Trinit.

Quæst. dis. S. Thomæ. I 3 Non

Circa modis  
libris de tri.

cap. II. epl.  
Hier. circa  
med. illins.

lib. 1. metra.  
com. 18. in fi-

Illi. i. 5. to. 3.  
11. 8. inter me-  
diū & fin.